

352
359
Hec tamen, ne te porro angas, nomine Authoris dicta de tto 1596.
ante modestius tibi breviter suggerenda fieri. Ego tibi à deo
patre luminum, qui dat velle et perficere, quibus, ut Ambrosius
vel Simplicius Prosperi. lib. 2. cap. 2. de vocatione gentium,
contra te dicit: in certiorum fidei, incrementisq. largitor est,
saniorum mentem precor. Vale. Heidelbergae 15. Kall.
junias, Anno Salutis reparatae 1596.

D. Quirino Reutero, Ecclesiasta

Speyerens. Orthodoxo ad D. Agidium.

284)

Salutem à Domino IESU. Hanc schedam, Reverende
D. Quirine, mitte quæso, vel coram trade Reutero, hospiti
tuo, ne se amplius de objecto Pelagianismo eruditus
et, quem non duobus solum illis, de quibus tergiversabat,
locis, sed in omnibus hactenus scriptis crassissime de-
fendit. In primo allegato tergiversatur in numero per-
peram posita, et in particula, quædam: quasi officina,
sive ei electio particularis, quod non fuit de mente
authoris: Sed Pelagianismus latet in verbis præ-
cedentibus, cum dicit: Deum præscire, qui sunt recepti,
et gratiam, et per mansuri, qui non! Quæ sunt Pelagi-
quino. Videat Epistolæ Augustini, Prosperi, Hilarii
de reliquiis Pelag. vel si has non habet, Centuriatores
sive Cent. 6. cap. 6. Quod verò facultatibus humanis ter-
tuat initia fidei et fidem, et si alicubi regit, tamen
liquet ex allegato altero, et Disputationibus eorum omnibus
de communi gratia, quam fingit Deum affixam caelorum
vertex in præmissam turbam effundere, tanquam ni-
ces ex facto inter perios, ac præsum, qui eam sunt acce-
pturi et retenturi, qui non, speculati à longe obfusum,
infallibiliter tamen, quando illi dextræ arripiant, isti
vel stertant ignari, vel acceptam rursus abjiciant: proinde

